



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXXVIII. Markgraf Ludwig belehnt die Gebrüder von Güstebiese mit
Besitzungen zu Güstebiese und Lutzin, am 18. Juli 1336.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XXXVI. Markgraf Ludwig verleiht seinem Kämmerer Heinrich Urfel sechs Hufen im Felde des Städtchens Nienburg, am 7. April 1336.

Anno eodem in arneburg, dominica quasimodogeniti, contulimus heinrico Urfel, camerario nostro dilecto, propter fidelitatis et obsequiorum cum eo conperta merita, sex mansos in campis opidi dicti nyenborch sitos cum omni iure, gracia, honore, commodo et libertate, sicut ipsos strenuus uir C. de pinnowe beate memorie, per cuius decessum ad nos legitime deuoluti sunt, possedit et tenuit, perpetue quiete et pacifice possidendos. Quam quidem collacionis nostre gracia ad suos heredes legitimos, si quos procreauerit, tenore presencium duximus extendendam. In cuius etc.

Leipz. Copialbuch der Vogtei Landsberg fol. 25, No. XVI.

XXXVII. Markgraf Ludwig überträgt die Tutel über Nikolaus und Henning von Rowedel an Henning, Eckard und Heinrich Rowedel, am 30. April 1336.

Anno M^o. CCC^o. XXX^o. sexto in Berlin in vigilia b. Walpurgis, Commisimus tutelam et administrationem honorum Henningi de Rowedel, uidelicet Nycolai et Henningi ad XVIII frusta se extendentem annuorum reddituum in villa Klukim sitorum, nostro tamen iure saluo, strenuis uiris Henningo, Eckhardo et Heinrico dictis Rowedel, dictorum puerorum patris, sic quod secundum debitam perceptorum computationem pueris prenotatis, quousque ad debitum sue etatis peruenerint, preesse debeant, possint pariter et prodesse. Pro qua quidem commissione ipsi nobis XVI marcas argenti Brandenburgensis erogauerant, de quibus ipsos quitos dicimus presentibus et solutos.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XXXVIII. Markgraf Ludwig belehnt die Gebrüder von Gústebiese mit Besitzungen zu Gústebiese und Lugin, am 18. Juli 1336.

Anno domini Millesimo Tricentesimo tricesimo Sexto, quinta feria proxima post Margarete virginis. Ludouicus etc., Contulimus et presentibus conferimus strenuis uiris Tydekoni, Henningo, Petro et Johanni, fratribus, dictis de Gústebis, dilectis nostris fidelibus, eorumque ueris heredibus medietatem ville dicte Lutzin et quartam partem ville dicte Gústebis cum singulis et vniuersis ipsarum pertinentiis ex antiquo vel de iure eisdem pertinentibus, sub modis forma

et iure, quibus dictarum villarum partes ipsorum progenitores tenuerunt et possiderunt, quiete et pacifice possidendam. Reseruantes tamen nobis, heredibus vel successoribus nostris facultatem, si nobis in premissis bonis ius competere investigauerimus, pro viginti marcis argenti Brandenburgeris, quas nobis pro predictorum bonorum collatione erogauerant, dum voluerimus, omnimodam reemendi. In cuius etc. Testes Johan Buch, Ludewig de Wedel, miles, Haffo Senior de Wedel, Tydeko de Brederlo.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto) No. 14.

XXXIX. Markgraf Ludwig befehlt den Ritter Witte mit dem halben Dorfe Sellsin, am 24. Juli 1336.

Ludouicus etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuo viro Nycolao Witen suisque veris et legitimis heredibus iusto pheodi titulo medietatem ville dicte Selin cum superiori iudicio et uniuersaliter cum uniuersis et singulis pertinentiis, prout dicte ville medietatem strenuus vir Henningus de Marewiz, dilectus noster fidelis bone memorie, possedit et habuit, sine dextrarii seruitio, quiete et pacifice possidendam. Debebit idem miles nobis pro quolibet frusto culto annuorum reddituum sex marcas argenti, et pro frusto in bonis, que ad nos deuolui poterunt, tres marcas sine diminutione qualibet erogare. Debemus et ipsum heredesque suos a dictorum bonorum impetione qualibet, si que in ipsis fierent, secundum terre nostre consuetudinem, quando et quociens sibi necesse fuerit, indempniter releuare. Dantes sibi presentes in testimonium super eo. Testes frater Geuehardus de bortuelt, H. wolkow, Ludewig et Haffo de wedel etc. Datum Berlin, anno domini M. CCC. XXXVI. in vigilia beati Jacobi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XL. Markgraf Ludwig verschreibt dem Schloßbesitzer Zanzowoy für seine Dienste eine Rente aus seiner Kammer, am 27. Juli 1336.

Ludouicus etc., contulimus et presentibus conferimus strenuo viro zanzowoye suisque veris heredibus sexaginta talenta denariorum annuorum reddituum denariorum brandenburgerium, XXX talenta in festo sancte walpurgis et totidem in festo martini proxime tunc sequentis singulis annis percipienda pariter et tollenda. Quam quidem summam dictis temporibus venientibus et quamdiu idem nobis fideliter obsequetur et dampnis cauebit nostris et cum castro cernekowe parebit de camera nostra presentare procurabimus quousque sibi in certis nostris bonis siue redditibus dictam